



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Impetrat perpetuas à tota Societate preces pro Germania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

ptatus esset. Eodem tempore, & Academiae corri-
 gendae, & discipulorum recognoscendis, emendan-
 disq; contuberniis (Bursas vocant) iussu Regis oc-
 cupabatur. Qua in re nulla maior difficultas inci-
 debat, quam ex administratorum idoneorum ino-
 pia, qui, quae prudenter decernebantur, ad usum
 mox, & in mores sedulo reuocarent. Nec tamen
 inter haec aut dictionem ad Regem, atque ad po-
 pulum, aut scholas in Academia, aut stylum de-
 niq; vnquam deponebat, concinnando maximè
 Catechismo intentus. Vt autem non laboribus
 modo, ac gemitibus suis, verùm etiam & alienis,
 & absentium auxiliis diuinam causam tueretur, ex-
 orauit à beato Ignatio, vt praeter alia pro cuiusq;
 arbitratu placamina, pro sitis ad septentrionem
 Prouinciis tota in societate in omne tēpus, quan-
 diu calamitates Ecclesiarum illarum manerent,
 singuli sacerdotes semel in mense sacrificium, ce-
 teriq; focij certas preces offerrent. Quod quidem
 cum etiam num sparsa societate, per omnes gen-
 tes perseveret, meritum Canisij in Germaniam,
 sane luculentum censerì debet, vt etiam in vlti-
 mo oriente, & occidente inter barbaros noui or-
 bis pro ea preces, & sacrificia fiant. Idem vehemē-

*Impetrat
 perpetuas à
 tota Societate
 preces pro
 Germania.*

M ter

ter optabat, vt in societate; quandoquidem le
 sanctissimo nomine gaudet, dies extra Circu
 cisionem sanctissimo ei nomini venerando de
 caretur: quod cum Patribus Romanis tentadu
 minimè visum esset, institit vt singulare a
 quod in eum diem societas, quo incitaretur
 maiorem grati animi pietatem, à summo Pon
 fice beneficium impetraret. Adeo totus erat
 tentus excogitandis rationibus, quibus Dei gl
 ria, Christi q; nomen inter domesticos, & extero
 demum inter omnes fieret illustrius.

*Catechismus
 absolutus.*

Interim, quem scribendum Rex imposuerat
 Catechismum absoluerat, tum sua sponte in ste
 operi, tum quia ipsemet Ferdinãdus nullum fac
 ebat festinandi, vrgendi q; modum: cuius mon
 tu, quæ testimonia è sacris libris, Patribusque san
 ctis afferebantur, eorum fontes ad libri oram in
 dicauit, quo promptiores ludimagistris, aliisq;
 minus doctis adire volentibus essent. Mirificet
 nim opus illud ex gustu oblatæ partis probauit
 Rex: sperabatque, cum res adeò testatæ traderen
 tur, multos per incitiam lapsos eo præsidio agni
 turos errorem, atque in rectum tramitem reditu
 ros. Quæ causa fuit deinde etiam Petro Busæo de
 socie-